



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

13. Quae age[n]da ubi ad iudicem appellationis ventum fuerit ex parte Actoris & Rei? quid ex parte Iudicis appellatione pendente? an aliquid corrigendum? innovandum? quo tempore utendum remedio ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

quod totus primus annus sit in arbitrio appellantis, quando velit incipere, & profequi appellationem. Vide *Scacc q. 15. a. 3.*  
 ILLUD nihilominus discriminis est inter primum, & secundum annum, quod primum simpliciter, & ipso jure detur: Secundus autem etiam ipso jure detur, sed non nisi ex iustâ & necessariâ causâ: insuper, quod primus annus non sit præcisè fatalis, sed solum sub conditione, si nulla iusta causa interveniat, quæ appellantem impediât: quia ex tali causâ datur secundus annus: at verò secundus est præcisè fatalis: neq; sequitur, quod etiam impedito in secundo anno deberet dari tertius, quia jus præsumit quemlibet appellantem posse quamlibet causam appellationis, quantumvis arduam, biennio peragere: modo nitatur juxta legis exigentiam. *arg: L. ex hinc cum L. seq. ff. de Leg.*

13. Ubi ad Judicem appellationis ventum fuerit, litigatorum est litem contestari, reddere causam appellationis: allegare etiam, quæ priore iudicio minus expressa adverterint. Possunt quoq; novas probationes adferre, dum tamen ut supra dictum

dictum ad novum capitulum non perti-  
neant, sed ex illis orientur, & illis conjun-  
ctæ sint, quæ apud anteriorem Judicem  
fuerunt proposita. *L. ult. §. 1. C. de appell.*  
quamvis quoad testium productionem  
dissentiat. *Farinac: de testib. q. 75. cap. 7. n. 308.*

SED quantum ad probationes attinet,  
quæri posset utri probationis onus incum-  
bat appellanti, an adversario, placet com-  
munis distinctio, ut si appellans vitium  
processus arguat, id ipse probet. Sin de  
meritis causæ quæstio sit, probatio injun-  
gatur ei, cui priore quoque instantia id onus  
incumbebat. *L. ab ea part: ff. de prob. Ma-  
scard: libr. 1. de prob. Conclus: 115.* An etiam  
jurare de calumnia litigatores debent? ne-  
gat Placentinus & Azo. quorum sententia  
juri multum est consentanea. *ad arg. L. un.  
C. ne lic. in una ead. caus: tert. provo. Contro-  
vertitur quoque, an mutæ petitioni in ap-  
pellationibus locus detur, verius est non  
dari, quia victor non sponte, sed necessita-  
te compulsus ad Judicem appellationis  
vadit. Sand. lib. 1. tit. 6. defn: 1. Barth. & alij.*

14. Si causæ appellationis inter præfina-  
ta tempora redditæ fuerint, secundum ea-